

3

DISPV TATIO IVRIDICA
DE
Successionibus ab Intestato.

Q V A M
D. O. M.

Permissu Magnifici atque Amplissimi, in Illustri
Lugduno-Batava Academia, ordinis Iuridici.

P R A E S I D E
NICOLAO LANGIO Dithmarso,

Nobilissimis atque Praestantissimis suis Collegis
examinandam proponit

DANIEL SCHELE Hamburgensis.

Ad diem 26. Septemb. Hora locoque consuetis.



L V G D V N I - B A T A V O R V M,
Excudebat Henricus Ludovici ab Haestens,
Anno C I O. I O. C. XII.

*DISPUTATIONE
MAGNIFICIS AMPLISSIMIS & CONSULTISSIMIS
VIRIS*

Dn. HIERONYMO VOEGLERO,
Celeberrimæ Reipub. Hamburg. Consuli di-
gnissimo

Dn. THEODORO RADEMIN I.V.D.
Eiusdemque Reipub. Syndico primario,

*Dominis Fautoribus & Promotoribus suis
summo honore prosequendis,*

Dn. SIMONI SCHELEN Parenti suo
plurimum honorando.

*Hanc disputationem ea, qua par est,
observantia*

offert & consecrat

DANIEL SCHELE Hamburgensis

Respondens.

DISPVATATIO IVRIDICA

P E

Successionibus ab Intestato.

THESES I.

SVCESSIO ab intestato (*a*) est legitima hereditatis extra casum ultimæ voluntatis acquisitionis (*b*):

a) *Intestatus quis & modis dicitur pr. Inst. h. quod perinet etiam si quia testamentum facere non potuit veluti impubes, furiosus, prodigus. omnem 6. C. ad SC. Tertyll. 1. 2. § impuberem 6. § si mater 23. ff. eod. l. sciant 10. C. de legit. hered. l. pater filium 14. § vlt. ff. ad L. Falc. Et hoc ideo etiam dicendum ne tertia successionis species constituantur quæ neque ex testamento, neque ab intestato hereditatem deferret contra infinitas leges. Goedd. ad l. intestatus 64. de V. S. n. 4. & 5. Quare itaque in statutis intestatorum appellatione illi non continentur band video. Goedd. d. loco. Harprecht. pr. Inst. hic n. 466. & seqq.*

b) *Et hoc proprie legitima dicitur. l. 3. § 2. ff. pro socio. quod sc. lege immediata fine ullo hominis factō aut voluntate deferatur; In l. 130. de V. S. testamentaria quidem etiamsi legitima appellatur; non tamen propriè, sed latè. Don. 9. com. 1. Forst. 1. de Success. c. 15. & seqq. Borch. in tr. de grad. fol. 151. in f. Alias barum ll. conciliaciones videre licet apud Fachin. 6. controu. 41. Arum. disp. Inst. 11. th. 2.*

II.

Successio illa aliter olim (*a*) aliter hodierno iure obseruatur (*b*) quo duo eius genera rectè cōstituuntur; cognatorum sc. (*c*) & extraneorum (*d*) in universum autem 5. ordines (*e*).

- a) Olim quam diffusum hoc ius fuerit ex tit. 1. Inst. hic & aliquot seqq. videre est.
- b) Ex Nov. in primis 118.
- c) Descendentium, Ascendentium & Collateralium.
- d) Coniugum & Fisci.
- e) De hisce s. ordinibus, omisso veteri iure, ordine in hac disputatione agemus.

III.

Primus ordo est descendentium h. e. liberorum
 (a) qui sunt vel legimi vel illegitimi. Legimi
 aut ex iustis nuptijs nati ; aut per subsequens matri-
 monium , aut Oblationem Curiæ legitimati ; aut
 adoptivi : Illegitimi vel naturales , vel spurij , vel
 ex damnato coitu nati (b).

a) Liberi descendentes vocantur illi quod sint in linea descendentiis respectu
 eius de cuius successione agitur. Et primum obtinent in successione locum tam
 ex lege Divina. Epist. Paul. ad Galatas, c. 4. vers. 7. Num. c. 27.
 vers. 8. Deut. c. 21. vers. 16. quam Naturali, l. Scripto 7. in f. si
 tab. test. nullæ. 1. cum ratio naturalis 7. in pr. de bon. damnat.
 Nov. 1. in præfat. § 2. ibi secundum ipsam naturā Nov. 18. c. 1. v.
 & natura prima, &c. Civilis § sui autem. 2. Inst. de hered. qualit. &
 diff. §. 1. Inst. hic. & plurib, locis quos allegat. Harp. ad pr. Inst.
 hic n. 49.

b) De quibus omnis sigillatim dispendendum.

IV.

Ex justis nuptijs procreati aut sunt primi gradus,
 & æqualiter in capita ad ascendentium hereditates
 admittuntur (a) omni sexus (b) & emancipationis (c)
 differentia sublata ; aut sunt ulterioris (d) & jure re-
 præsentationis in stirpes succedunt (e.)

a) Ut

a) Ut hereditas secundum numerum personarum, quibus deferuntur, dividatur in viriles seu aequales portiones, ut tot sint partes quot capita vel personae: & unus tantum habeat, quantum alter, exclusis omnibus ascendentibus & collateralibus, & aliis quoque ulterioris gradus descendantibus, nisi representatione locum inueniat Schneid. hic. Si tamen sunt liberi diversi matrimony viraque proles donationem propter nuptias vel dotem sui parentis precepitam habet, l. 3. 4. 5. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 25. 26. & 29. Forst. de success. lib. 4. c. 16. Hackelm. in ill. disp. 18. th. 3. lit. b. Planè non solum iure ciuili sed & feudali liberi aequaliter succedunt. C. 1. § Et quia vidimus in f. de his qui feud. dare poss. 1. feud. 1. C. 1. de success. feud. 1. feud. 8. Beneficio tamen representationis retento d. tit. 8 in pr. ibi nepotes ex filio, loco sui patris, &c. Et possunt liberi inter se feendum diuidere nisi sit regale quod ex lege Friderici Imperatoris diuidi neguit, per textum apertum in tit. 55. de prohibita feudi alienat. per Frider. § præterea ducatus lib. 2. feud. Gail. 2. observ. 153. Cum autem fmp. Friderici constitutio feendum regale, veluti Regnum, Ducatum, Marchionatum & Comitatum diuidi vetet, in questionem non immixtò vocari potest: ecquid primogenitus in successione feudi regalis, & dignitatem annexam habentis ceteris suis fratribus preferri debeat? Quod non sine ratione affirmatur, Idque ex iure primogeniture quam non solum diuinæ leges Deut. 21. v. 17. Genes. 27. v. 19. Paralip. lib. 2. c. 21. v. 3. sed etiam natura & omnium ubique gentium probant quod latè ostendit Harpr. ad pr. Inst. h. n. 103. & seqq. Sed quid si primogenitus natus antequam ad patrem, regnum, ducatum, vel alia dignitas peruenierit, num prefereatur iis qui patre constituto rege nati sunt? Omnino illud cum Hotomanno illust. quæst. 2. Forst. 4. de success. c. vlt. Harpr. d. pr. n. 106. & seqq. & Dd. cōmuniter puto. Quoniam autē hac quæstio ex cōsuetudine regni, ducatumque dependeat; neque hac in re scriptis legib⁹ utamur: (quas enim Dd. allegant vel parum vel nihil ad rem faciunt argumento eorum quæ profert. Fachin. 6. contr. 2.) ad aliarum gentium mores & consuetudines preiudiciaque decurrentum, arg. 1. de quibus 32. de legib⁹. quod si fecerimus inueniemus si non ubique passim tamē illum qui ante adeptum regnum natus est prærogatiuā habuisse. Tholos. 7. de Rep. c. 9. Arniſæus polit. lib. 1. c. 9. qui plurimis exemplis illud demonstrant. In Germania hac de re dubitandum non erit propter auream bullam Caroli IV, quæ in dignitate Electoratus simpliciter preficit primogenitum: nec distinguit ante vel post adeptum Electoratuū genitus sit. Sed habemus etiam nostro tempore insigne exemplum in domo Saxonica. Christianus II, p. m. natus est anno Christi 1583. viuente adhuc ayo Augusto (hic enim anno Christi 1586

objit) quo tempore parens Christianus I. ad Electoratum nondum vocatus erat: post adeptum Electoratum Christiano I. Johannes Georg. natus est, & Augustus. Elias Reusn. in Isag. Hist. pag. 522. Patri vero Christiano I. recte succedit ipse primogenitus filius Christianus II. ex iure primogenitura secundum auream bullam licet ante adeptum Electoratum natus fuerit: & fratres Johannem Georg. & Augustum post Electoratum progenitos habuerit. Electoralis autem dignitas Regia comparatur. Mollerus I. Semest. 40. Fachin. 6. contr. 2. Ergo etiam in hac idem statui deberet.

b) Nov. 118. c. 1. v. nulla. § item vetustas 15. Inst. hic. *Hoc tamen discriminem manxit in iure feud. quo masculi tantum non etiam feminæ succedunt.* c. vnic. § hoc autem 3. lib. 1. feud. 1. & 2. feud. 11. in pr. 2. feud. 51. § similiter. Vult. 1. feud. c. 9. n. 26. & 27. Et hoc obtinet etiam si scudum alicui & hereditibus ipsius datum fuerit. In feudis enim appellatione heredum intelliguntur heredes feudales qui mares sunt non foeminae c. vnic. v. et si clientulus. 1. feud. 13. Quandoque tamen ex conditione sine qualitate feudi, ut in foemineo succedunt 2. feud. 50. 2. feud. 11. & 30. Vult. d. c. 9. n. 40. Fachin. 7. contr. 38. Quandoque pacto utram ad successum in feudi admittuntur nullis extantibus masculis. 1. feud. 1. § hoc autem. 2. feud. 11. § ad filias. & pluribus locis quos alligat. Vult. d. c. 9. n. 47. Hoc maximè inter Dd. controuersum est utrum foemna semel per masculum a successione feudi remota, perpetuo maneat exclusa: an vero deficiente masculo ius adhuc succendi in feudum habeat? In hac controuersia nec ipsi camerales sibi constare videntur. Aliud enim voluit Gaill. 2. obs. 148. Aliud Myns. 5. obs. 74. n. 8. Gaill. sequitur. Fach. 7. contr. 45. Harpr. pr. Inst. hic. n. 146. qui prius tanquam commune & receptissimum acriter defendunt & feminam semel remotam perpetuo excludent, plurimosque Dd. veteres & recentiores pro sua sententia allegant. Econtra Mynsing. licet prius communius posterius tamen verius & aquius statuit idque cum multis clarissimis Iurisconsultis, tam veteribus quam recentioribus, quos alleget & sequitur. Forster. 3. de succ. c. 14. Heig. p. 1. q. 26. Vult. d. c. 9. n. 52. & seqq. nouissimè & elegantissimè Vmmius disp. ad process. jud. dir. 18. Nagy. pag. 759. A quibus ut discedam priorum argumenta tanti non facio.

c) Nov. 118. c. 1. & c. 4. unde hodie quemadmodum sui ita & emancipati liberi non tantum ex iure Praetorio sed etiam Civili parentibus succedunt. Wesemb. in § Emancipati 9. n. 1. Inst. hic. Contrarium docuit Cujac. in d. N. 118. Ne eadem ratione tollatur editum novum de coniungendis cum emancipato liberis, l. 1. & t. tit. ff. de con. cum emancip. lib. sed hoc satis refutatur d. N. 118. v. siue suæ potestatis siue sub potesta-

potestate sint. &c. c. 4. ibi siue per emancipationem siue per alium quemlibet modum, &c. Arum. d. Inst. 11. th. 6. Rober. d. 13. th. 3. qui pluribus hac de quaestione agunt.

d) Siue solis sint, siue cum primi gradus, vel etiam ulterioris, aliis concurrent, & cum filius 6. & § fin. Inst. hic. d. Nov. 118. c. 1.

e) Hic non numerantur succendentium personæ siue capita ut in priori casu, sed unius tantum stirpis habetur ratio cuius iure nitumur qui succedunt, et si plures sint Schneid. de prim. ord. succ. n. 13. Illud hic queri solet, num etiam abnepotes & reliqui remotores hoc successionis seu representationis iure gaudent? Quod omnino affirmandum est. per textum in § vlt. Inst. hic. Vbi aperte dicitur, nepotes pronenepotes & alias deinceps personas, adeoq; etiam abnepotes & reliquos remotores descendentes, parentum suorum locum subintrare & ad successionem ascendentium cum propinquioribus descendantibus admitti. Confirmatur etiam illa sententia d. Nov. 118. c. 1. v. sic tamen. Vbi generalis locutio est; gener aliter itaque & ea accipienda est, arg. l. de pretio ff. de pub. in rem act. Plures rationes & leges adducit Harp. pr. Inst. h. n. 62. & sequent. Arum. d. Inst. 11. th. 5, Cum itaque manifestum sit, non nepotes tantum & pronenepotes, sed inferiores etiam ascendentes iure representationis cum propinquioribus ad successionem ascendentium admittendos esse; rete eo fundamento concluditur, quod in successione regni vel electoratus, sicut primogenitus secundogenito praefertur, ita etiam filius primogeniti mortui in re representationis patruo secundo loco genito praferri & potior haberri debeat. Argumento corum quæ supra sub litera a huius thesis notauit. Fachin. 6. controv. 2. Hotom. illust. quæst. 3. Heig. hic. c. 5. n. 72. Arum. d. Instit. 11. th. 6. Harpr. pr. Inst. h. n. 74. qui plures allegat. In Germania hac de re dubitandum non est, siquidem aurea bulla Caroli IV. in dignitate Electoratus expreſſe praferri primogeniti filium. Ergo & in regali successione idem statuendum est propere quod Electoralis dignitas ut supra ad lit. a dixi, Regia equiparetur. Mollerus 1. Semestr. 40. Fachin. 6. controv. 2.

V.

Legitimi per subsequens matrimonium easdem successiones habent quas illi qui ab initio legitimati sunt.

Verba sunt hec Nov. 89. cap. 8. in pr. una illi eademque lance trinuntur, ut nec prior nec junior illo habeatur discrimine, simili fortuna perfruuntur,

fruantur. Verba sunt l. 10. C. de nat. lib. in fin. Tanta est vis matrimony ut qui antea sint geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur. Verba sunt. c. Tanta 6. qui filii sint legitimi. Num vero per subsequens matrimonium legitimati ut in alio dico ita etiam in feudis aequè, ac legitimè nati, succedant maxime controversum est. Sons becc. in comm. ad usus feud. p. 9. n. 72. Vult. d. c. 9. n. 94. Niell. disp. feud. 5. th. 7. sub lit. d. Gothofred. Ant. disp. feud. 5. th. 6. ad lit. c. 7. Und in uno negant proper expressum textum, c. naturales 2. feud. 26. Econtra inter affirmantes reperiuntur, Schrader, in tr. feud. p. 7. c. 5. n. 21. Borcholt. de feud. c. 7. nu. 48. Gaill. 2. obs. 141. nu. 2. Andr. Gerhard. dec. Inst. 11. in Cor. Rob. disp. 3. th. 4. Harp. pr. Inst. h. n. 266. & seqq. Eamque sententiam communem testator, & in camera Imperiali unanimi Assessorum suffragio receptam. Mynsing. cent. 5. obs. 42. Cum quibus statuendum puto; cum etiam jure feudorum discretae cantum sit, quoiescunque casus feudorum placitis non sit expresse decisus, ex iure communii eius decisionem petendam esse 2. feud. 1. in fin. pr. de hoc autem casu non sit uspiam iure feudorum clarè dispositum; idcirco apud dispositionem iuris communis manendum. Ad c. naturales in quo tota controvèrsia haret eleganter Gerhard. & Harp. dd. locis, respondent.

V I.

Legitimi per oblationem curiae facti etiam cum antea legitimis patri succedunt.

Nov. 89. c. 2. § 1. & c. 3. Neque in hoc dissimiles erunt antea legitimis ut in d. c. 3. verba textus habent. Hic tamen notandum quod per oblationem curiae filius quidem fiat legitimus; sed illi soli per quem oblatus est, non vero alijs personis ascendentibus, descendantibus, aut collateralibus. d. Nov. 89. c. 4. & ibid. Gothofred. lit. 1. Harpr. d. pr. n. 79. Ceterum haec obtinent si pater illum aut avus, aut alijs ascendentium parentum curiae obtulerit; si enim filius ipse sua sponte se offerat, non aliter suus fit & legitimus quam defientibus naturalibus & legitimis d. Nou. 89. c. 2. § 1. & § 3 in f. Borch. in tr. de grad. fol 200. Gothof. ad. d. c. 2. lit. e. Sed quid si liberi per rescriptum principis legitimantur? Illi tum demum parentibus suis succedunt si iusti & legitimi liberi deficiant. Nou. 74. c. 1. Nov. 89. c. 9. Vult. 1. Iur. Rom. c. 23. n. 11. Treut. p. 2. d. 16. th. 2. lit. f. nisi illa clausula accesserit, non obstante quod liberi legitimis supersint arg. 1. 2. & 3. ff. d. natalib. restit. 1. 2. in f. C. de Iure aur. ann. Gaill. 2. obs.

2. obser. 142. n. 8. Harp. pr. Inst. h. n. 229. in f. Illud & hic con-
trouerti solet num pater , legitimatione liberorum naturalium per Imp. sim-
pliciter facta , si uxorem ducat & ex ea liberos legitimos suscipiat , legitima-
tio reuocetur & irrita fiat? Sunt qui illud affirmant quos allegat & sequitur
Treutl. d. th. 2. lit. f. Sed conirarium iuri magis congruum. Quoniam
filium temporalem habere absurdum est velut ex mente Labonis respondit
Paulus in l. 34. de Adopt. Et alias quod perfectum est ex postfacto irri-
tum sicut reuocari non debet l. si ut proponis 3. C. de confir. tut. l.
sancimus 25. v. non enim debet. C. de admin. tut. Hinc dicitur in
l. in ambiguis. 85. § 1. de Reg. Iur. Non esse nouum ut, qua semel utili-
ter constituta sunt, durent, licet postea ille casus extiterit a quo initium ca-
pere non potuerunt ; idem iure canonico C. factum d. R. I. in 6. Idque
maxime in beneficiis, ut est legitimatio, locum habet c. decet 16. eod.
Harp. pr. Inst. hic. n. 230. An vero liberi ita legitimati soli pari ; an
vero alijs etiam ascendentibus & collateralibus succedant inter Dd non
conuenit; puto tamen Affirmatiuam Nou. 89. c. 9. Conuenire. Borch.
d. tr. de grad. fol. 202. Sed cum tales liberi agnatis & cognatis sin: suc-
cessuri, queri solet num & illorum consensus ad hanc legitimationem sit neces-
sarius: id quod tamen recte negatur. Harp. d. pr. n. 250. Qui ad con-
traria respondet & plures pro hac sententia allegat.

VII.

Adoptivi liberi durante adoptione indistinctè
patri adoptivo succedunt; (a)emancipati, licet ab avo
vel proavo materno adoptio facta, & parente natu-
rali mortuo, emancipatio secuta fuerit, nullo mo-
do (b).

a) Etiam si pater adoptivus liberos naturales & legitimos simul habeat,
l. si te 5. C. de suis & legit. hered. exclusis ipsius adoptantis parenti-
bus & reliquis ascendentibus. Schneid. h. n. 4. Si tamen ab extraneo
adoptio facta, soli patri adoptivo succedunt; non vero agnatis vel cognatis, nec
uxori patris adoptantis. sed ea omnia vbi Glossa ad verba ab intestato
Inst. h. l. pen. § 1. C. de adopt. Schneid. de primo ord. suc. n. 12.
h. licet simul, durante adhuc adoptione, ad patris naturalis hereditatem ad-
mittantur, sed hodie Inst. de adopt. d. § sed ea Inst. h. d. l. penul.
§ 1. C. de adopt. Quod si ab aliquo ascendentium adoptati fuerint, quam-

diu sunt in eiusmodi adoptione, a patris naturalis hereditate omnino abstinere debent: quod facile ex collatione d. § sed ea & d. l. pen. colligitur, & hodie etiam, quoniam non est correctum, obtinere debet. Arg. l. sancimus C. de testam. l. præcipimus. C. de appell. Schneid. ad d. § sed hodie in f. Inst. de adopt.

b) Emancipationis enim interuentu adoptio in quacunque persona solvit, verba sunt. d. l. pen. in f. pr. pendet autem ius succedendi ab adoptione; resoluta itaque illa, ipsa etiam successio cessare debet. Et hunc in aquo ne emancipationis effectum non sublauum esse cum Schneid. Inst. h. n. 13. verius puto. Arrogato tamen sine justa causa emancipato quarta omnium arrogatoris bona debetur, § 3. Inst. de adopt. vbi Dd. Heig. Ant. Matth. & alij. Donell. 2. com. 23.

V I I.

Naturales (a) tunc demum ad patris sui naturalis hereditatem admittuntur si justi liberi & vxor legitima non extant.

a) Liberi naturales tantum, hic appellantur liberi ex pellice sive concubina (quam sc. quis solutam & unicam indubitato affectu domi loco uxoris habuit) nati. Harpr. d. pr. n. 212. Si enim liberi ex diversis concubinis simul existentib[us] progeniti fuerint, illi propter odium effusa libidinis omnino non succendent. Nov. 89. c. 12. § si vero effusa. 5. Forst. 6. de succes. c. 10. n. 3.

b) In sextantem tamen solummodo hereditatis: b. e. in duas uncias cum matre sua dividendas. Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 4. auth. licet patri C. de naturalib. lib. Si vero defuncto legitimis liberi vel conjux superfit; naturales tantum in totum remouentur. d. Nov. 18. 89. & d. auth. licet patri. Heig. h. c. 5. n. 115. Harp. d. pr. n. 213. Et quod dixi, illos in sextante succedere in liberis naturalibus primi dum taxat gradus locum habet; Secundi enim vel ulterioris gradus, nepotes sc. aut pronepotes, a successione avi vel proavi paterni prossus excluduntur, l. vlt. v. sed hoc in his, C. de nat. lib. Nov. 89. l. 12. in f. Cujac. ad d. Nov. 18. Gail. c. 2. obs. 115. n. 1. Forst. d. lib. 6. c. 10. n. 5. neque licet filii naturalis nepotes fuerint legitimis ius diuersum in illis videmus. Forster. d. loco. Forster. junior d. Inst. 15. th. 12. Etsi vero liberis legitimis extantibus, naturales a successione patris repelluntur; alimenta tamen illis ex bonis paternis arbitrio boni variabentur, d. auth. licet. v. hujusmodi. d. Nov. 89. c. 12. § 4.

Heig

Heig. h. d. c. 5. n. 172. Et hec de patris hereditate. Ad matris, licet sit illustris, sicuti etiam aliorum per lineam maternam ascendentium, bona, naturales una cum legitimis liberis aqua lance & pariter admitti indubitate juris est. § novissimè 3. Inst. de SC. Orphit. l. 2. l. Modestinus 8. ff. vnde cognati. l. si qua illustris 5. C. ad SC. Orph. Schneid. h. de success. lib. natural. tantum. n. 14. & seqq.

IX.

Spurij solummodo matri & per lineam maternam ascendentibus succedunt; nunquam vero patri.

1. vulgo concepti 23. ff. de statu homin. § si aduersus 12. Inst. de Nupt. l. quia semper. 5. ff. de in ius voc. l. 2. l. si spurius 4. l. Modestinus 8. ff. vnde conguati : d. § nouissime 3. ibidemque wesenb. & reliqui Interpret. Inst. ad SC. Orph. Licet autem in generali significazione spurij omnes appellantur, qui illegitimè nati & ex illi-
cito quoniam coitu suscepiti sunt; hic tamen propriè & speciali nomine dicuntur vulgo quæsiri, sine ex meretrice, quæ publicè corpus suum libidini profluit, concepti. d. l. 23. d. § 12. d. l. si spurius 4. & reliquis ante allegatis.
*Quare vero patri succedere prohibeantur ratio est; quia incertum patrem habent, vel potius patrem non habere intelliguntur; antea allegatis. Il. quomo-
do a quis illi, quem nō habet, vel habet quidem sed habere non licet, succedere
poteat? Ceterū cum mater semper certa sit l. quia semper 5. de in ius voc.
ad illius ut et reliquorum per lineam maternam ascendentium hereditatem
una etiam cum liberis legitime natis rectè admittuntur. Hoc tamen fallit si
mater sit persona illustris, & alios ex iustis nuptijs liberos habeat. l. si qua il-
lustris. 5. C. ad SC. Orph. Harpr. d. pr. n. 287.*

X.

Ex damnato coitu procreatos neque patri, neque matri neque vllis alijs per lineam paternam vel maternam ascendentibus succedere, iuris est.

Nou. 74. c. vlt. Nou. 89. c. vlt. Auth. Ex complexu C. de Incest. & inutilib. Nupt. Sunt autem tales qui ex incestu, adulterio, & nefarijs nuptijs suscipiuntur. Et dicitur eiusmodi coitus damnatus

propterea quod illi a iure poena constituta sit. Harpr. d. pr. n. 294. Heig c. 5, n. 147. Forster. lib. 6. de success. c. 50. n. 1. Ceterum a jure Civili neque alimenta illis debentur d. Auth. ex complexu. Cuim tamen contrarium extat jure Can. c. 5. de eo qui dux. in mat. quam poll. quod seruandum esse dicit. Schneid. h. n. 3.

X I.

Secundus Ordo est ascendentium (a) qui aut ve- niunt soli, aut cum illis alij concurrunt: soli vel sunt gradu pares, & pariter defuncto succedunt (b) vel im- pares, & proximior remotiorem excludit (c).

a) 1. 15. de inoffic. test. 1. scripto 7. in f. ff. vnde liberi, Nov. 118. c. 2. *Turbato scilicet mortalitatis ordine*, d. 1. 15. vbi Accurs. su- per verb. ordine:

Ordine turbato succidis Bulgare nato.

b) *Nulla sextus aut patriæ potestatis ratione habita.* Nov. 118. c. 12. Auth. defuncto C. ad S.C. Tertull. *Sive sint primi gradus ut pater & mater, sive sint ulterioris; ut avus & avia, &c.* d. Nov. 118. c. 2. & d. Auth. defuncto. *Sed quid si ascendentes pares quidem gradu sint, diversa vero linea?* Hereditas in duas partes dividetur quarum unam parentes pa- terna linea, alteram materna accipient d.c. 2. § si autē. *Non itaq; facienda hic honorū distinctio*, ita ut paterna paternis, materna maternis ascendentibus deferantur. d. Nov. 118. c. 2. vbi ait Imp. ex aquo inter illos dividendam esse hereditatem; quomodo autem illud fieri potest nisi respectu omnium bonorum vnde cunque quasitorum? Si paterna bona a maternis separanda essent, & qui ex stirpe paterna sunt, in illis, qui ex materna, in his succedere deberent, quomodo ex aquo seu aquis portionibus succederent? Quomodo medietatem ut ibi asservitur, seu semissim hereditatis haberent? *Siquidē hereditas omne ius defuncti cōplectatur*, l. hereditas 60. de R. I. l. nihil aliud 24. de V.S. & bona vnde cunque quasita. l. sed si plures 10. § 2. de . vulg. & pup. subst. And. Gerh. dec. Inst. 11. th. 5. Harp. d. pr. n. 321. vbi plu- rimos dissentientes allegat. *Hic tamen notandum patrem vel avum paternum filio vel nepoti intestato defuncto, qui erat in potestate, una cum marre vel avo materno succidentem, prater suam portionem quam pleno jure consequi- tur eti. in usum fructum obtinere donec vix crit, eius particule que matri vel avo materno delata est, per l. vlt. § 1. v. fin vero.* C. ad S.C. Tertull. se- cundum

cundum Fach. 6. contr. 6. Bocerum class. 2. dis. 10. th. 24. Harp.
d.pr.n. 318. Quod tamē hodie per Nov. 118. an subsistat videbimus.

c) d. Nov. 118. c. 2. d. Auth. defuncto. ibi salva gradus sui prae-
rogativa. C. ad SC. Tertyll. Quod si itaque pater & mater cum avo &
avia vel remotores superfuerint; pater & mater soli succendent, exclusis avo
& avia & reliquis. Idem si pater cum defuncti avo materno, vel mater cum
avo paterno superstes fuerit: solus pater excluso avo materno, vel sola mater
remoto avo paterno succedet. Non enim in ascendentium serie locum habet
jus representationis sicut in descendantium, ut hoc in casu avus maternus de-
functi matrem, vel paternus defuncti patrem representet, atque sic una cum
defuncti patre vel matre ad successionem vocetur. Contra naturam enim est,
sicut eleganter Harpr. d. pr. h. n. 316. ut avus representet patrem suum
filium, tanquam ab eo genitus. Neque ut liberis parentum, sic parentibus li-
berorum debetur hereditas, propter naturam simul & parentium commune vo-
rum, inquit Papin. in l. 7. § 1. vnde liberi. Donell. 9. comm. 3.

XII.

Cum ascendentibus concurrunt vel fratres &
forores defuncto ex utroque latere conjuncti, & di-
visio fit in capita: (a) vel eorum filij, quorum respe-
ctu successio fit in stirpem (b.)

a) Salva tamē inter ascendentibus gradus praerogativa ita ut cum proximi-
orib. defuncti fratres & forores admittantur. d. Nov. 118. c. 2, ibi cum
proximis gradu ascendentibus. Siue autem ascendentibus sint primi gra-
duis, ut pater & mater; siue ulterioris, ut avus & avia, &c. nihil interest.
d. Nov. 118. c. 2. Iamdiu enim nigros tulit calculos ipsorum sententia
qui fratrem fororemve utrinque coniunctis cum patre & matre quidem ad-
mittunt; non vero cum avo vel avia; sed hos ab illis excludi autumant.
Imp. enim d. c. 2. generaliter, ita loquitur: Si vero cum ascendentibus in-
veniantur fratres aut forores ex utrisque parentib. defuncto coniuncti, cum
proximis gradu ascendentibus vocabuntur. Nam assumo: Atqui proximus
gradus is dicitur quem nemo antecedit, l. 92. de V. sig. Ergo si ex ascen-
dentibus solus extet avus, cum eo frater virinque coniunctus succedit; non an-
tem cum excludet; quia avus erit tunc gradu proximus. Deinde postquam
Imp. ascendentibus omnes ad successionem vocavit, eorum successioni quasi ap-
pendicem adjicit, ut, si soli non sint, sed & fratres extent, hi simul admittan-

tur; unde ad ascendentium exclusionem extendi non debet privilegium fratribus concessum, cum illorum (ut pote qui secundum ordinem obtinant, d. c. 2.) causa prior sit, Forst. d. c. 6. n. 1. Schneid. de 2. ord. succ. n. 25. & seqq. Fach. 6. controv. 7. Idem dicendum etiam si ascendentes, qui cura defuncti fratribus concurrunt, sint quidem eiusdem gradus, sed diversa linea. puta, si supersint avus paternus, avus & avia materna, frater virinque coniunctus: hereditas ex aequo in 4 portiones dividitur; singulisque personis siue capitibus portio adjudicatur, d. c. 2. Et interventus fratris efficit hic ascendentes diversa linea viriles portiones consequantur; non vero perinde ac si soli essent, succedant: sc. ut hereditas in duas partes & medietatem accipiant omnes a patre ascendentes, quanticunque fuerint, medietatem vero reliquam a maatre ascendentes quantoscunque eos inveniri contigerit, ut verba textus habent, d. c. 2. Gerh. d. dec. 11. th. 6. juncto Schneid. de success. par. nat. & legit. simul. n. 23. Et cum hoc modo succedendi convenit ius Wirtemb. secundum Harpr. d. pr. n. 332. in f. Statuta Dithmarorum articulo 30. qua ut in hoc ita in omnibus ferē non multum a iure civili discedunt. Caterum reliqua statuta pleraque in hoc ordine succedendi de iure civili divortium faciunt. Iure Lubec. post descendentes admittuntur fratres & sorores virinque coniuncti, post hos pater & mater: deinceps fratres & sorores ex uno latere coniuncti: denique avus & avia. Artic. 5. tit. 2. lib. 2. Iure Hamburg. vocantur primum pater & mater, deinde fratres & sorores virinque coniuncti, vel eorum liberi. Denique avus & avia cum fratribus & sororibus ex uno tantum latere coniuncti, parte 2. tit. 3. artic. 12. & 14. De iure civili fratres & sorores ex uno tantum latere coniuncti ab ascendentib. omnino excluduntur d. Nov. 118. c. 2. ibi si igitur defunctus. ubi imp. preponit parentes defuncti omnibus ex latere cognatis, exceptis solis fratribus virinque coniunctis. Ergo eos etiam preponit fratribus & sororibus ex uno tantum latere coniunctis Wurml. in pract. obs. tit. 41. obs. 5. & 6. Fach. 6. controv. 8. An vero fratres ex uno tantum latere defuncto cōjuncti a parentibus etiam quibus sanguinis vinculo coniuncti sunt, excludantur, controuersia non caret; cum affirmantibus tamen ego faciendum puto. Justinianenim regula est: Ascendentes omnibus ex latere cognatis preponi. d. Nov. 118. c. 2. Ea tamdia utimur donec exceptio expresse probetur. At solos fratres virinque coniunctos exceptit Iustin. d. c. 2. ibi exceptis solis. Quos & per filios representari hoc in casu constituit postmodum Nov. 127. c. 1. Ultra hos nullae reperiuntur excepti: & proinde secundum regulam fratres ex uno latere coniuncti excludi debent: & in ordine tertio manere, nec cum secundo coniungi. And. Gerh. d. 11. th. 8. qui hanc sententiam Bald. in d. Auth. defuncto affcri-

asscribit. & de jure veriorem dicit : licet contraria praxi sit receptior.

c.) Horum sc. filiorum respectu, qui ex fraude vel sorore ab utroque latere defuncto coniuncta, sunt progeniti. Hi enim jure representationis utuntur : & in stirpem succedunt; reliquis, aliis sc. fratribus & sororibus utrumque defuncto coniunctis & ascendentibus proximioribus secundum capita adjudicatur hereditas. Exempli gratia: Reliquit aliquis avum paternum, avum aviamque maternam, fratrem uniusque coniunctum, & alterius prae mortuis fratrius 3. filios: Hereditas dividitur in 5. portiones. Quarum unam accipiunt hi tres filii demortui patris, quam habiturus erat ipsorum parentis si vixisset. (Qua verba sunt d. Nov. 127. c. 1. & derogant v. si autem cum fratrib. Nov. 118. c. 3.) ad reliquos ascendentibus & fratrem superstitem secundum capita 4. illae portiones pertinent. d. Nov. 118. c. 2. & d. Nov. 127. c. 1. Hoc tamen beneficium ultra fratribus filios ad nepotes non extenditur, cum specialiter filiis fratribus privilegium illud sit concessum. Heig. h. in 2. ord. de succ. ascend. n. 14. And. Gerh. d. dec. 11. q. 6. Harp. d. pr. n. 333. Illud inter Dd. hoc loco maximè controvertitur: si soli fratribus filii reperiuntur cum ascendentibus, an ab illis excludantur? Quod negant Schneid. in 2. ord. success. nu. 29. Forster. lib. 7. c. 7. n. 3. Hackelm. illust. quæst. 18. th. 16. lit. a. Aquibus discedunt. Cujac. in d. Nov. 118. Borch. de grad. p. 219. And. Gerh. d. dec. 11. th. 7. nouissimè Coler. ad disp. Pein. 12. monit. 1. nouis rationibus non tamen satis validis: idcirco merito Negativa tanquam communis, ipsis adversariis fatentib. & Nov. 127. c. 1. juncta Nov. 118. c. 3. magis congrua, adherendum. Cum qua etiam consensit ius Dithmarsorum d. artic. 30. quod proximè ad ius civile solet accedere. Et hac de liberis naturalibus & ab initio legitimis simul, quomodo illis ab ascendentibus, si descendentes deficiant, succedatur. Ceterum qua ratione ascendentibus ad liberorum qui per subsequens matrimonium, vel oblationem curia sunt legitimati; vel adoptati; vel illegitimorum hereditatem admittantur, ex illis quæ antea de hisce dixi quomodo sc. ascendentibus succedat magna ex parte, licet in quibusdam fallat, constabit. Iura enim successionum correlatinas sine reciproca esse solent. arg. 1. penult. C. de legit. hered. & correlatiuorum idem ius eademque disciplina judicatur. 1. vlt. C. d. ind. vid. toll. 1. 1. C. de cupressis. Treut. p. 2. d. 16. th. 4. ad lit. i. Harp. d. pr. n. 341. & seqq.

XII.

Tertius ordo est Collateralium (a) ex quibus primo

mo vocantur fratres & sorores defuncto utrinque
conjuncti, Sicut etiam eiusmodi fratum & soror-
um prædefunctorum liberi: Illi semper in capita (b.)
Hi verò si concurrant cum illis in stirpes : (c) si illi
non extent, atque sic soli veniant, in capita (d.)

a) Appellantur transversales sive collaterales omnes ex latere cognati;
ut fratres, sororesque, &c. ex his prognati: item parui, amitiæ, avunculi, ma-
terteria, &c. 1. 10. § 8. de gradib. Borch. tr. de gradib. tit. de suc-
cessione transversal. pag. 233.

b) d. Novell. 118. c. 3.

c) d. Nov. 118. c. 3. Auth. Cessante. C. de legit. hered.

d) Olim illud obtinuit 1. 2. § 2. de suis & legit. hered. 1. 1. §
fin. si parshered. pet. 1. penult. in f. C. de legit. hered. § hoc e-
tiam 4. Inst. de legit. agn. success. & apud Vlpian. in fragm. tit.
26. § agnatorum. 3. apud Cajum. 2. Inst. tit. 8. § 2. v. Item si
quis moriens. At illud hodierno iure mutatum non est; cur igitur stare
prohibetur, l. sancimus C. de testamentis. 1. penult. C. de legit. he-
red. Et hæc sententia a Dd. quos allegat & sequitur Harpr. d. pr. n. 268
communiter est recepta. Quibus inter alios se opponit. Sonsbecc. de feud.
part. 9. conclus. 6. n. 100. non levibus argumentis: cui tamen abunde
satisfacit Dn. Borch. præceptor meu. Feruandus Cent. 3.
ass. 69. Fachin. 6. contrav. 3. Harp. d. loco cum quibus facit Con-
stitutio Caroli V. in Comitiis Spirensibus anno 1529 promulgata. Il-
ludex Nov. 118. c. 3. patet, quod, si fratum utrinque conjunctorum libe-
ri concurrant cum fratre ex uno tantum latere coniuncto, excludant parruum
& in stirpes succedant. d. c. 3. v. unde consequens. eleganter Andr.
Gerh. dec. 11. th. 9.

XIII.

Post fratres utrinque conjunctos vocantur fra-
tres & sorores ab altero tantum parente conjuncti
eorumque liberi; (a) consanguinei tamen in bonis
paternis: uterini in maternis: In reliquis vero aliun-
de quæsitis æqualiter. (b) fratres legitimi non succe-
dunt